

uri̅ & non sum misertus· sic conuersus cogitaui in die
bus istis ut benefaciam ierusalem & domui iuda· Noli
te timere· Hęc sunt ergo uerba quę facietis· Loqui
mini ueritatem unusquisq; cum ꝓximo suo· Ueri
tatem & iudicium pacis iudicate in portis uri̅s· &
unusquisq; malum contra amicum suum ne cogitetis
in cordibus uri̅s· & iuramentum mendax ne diligatis·
Omnia enim hęc sunt quę odi dicit dn̅s· Et factum
ē uerbum dn̅i exercituum ad me dicens· Hęc dic̄ dn̅s
exercituum· Ieiunium primi· ieiuniū quarti· & ieiuniū
septimi· & ieiuniū decimi erit domui iudę in gaudium &
in lętitiam· & in sollemnitates pręclaras· Ueritatem tan
tum & pacem diligite· dicit dn̅s exercituum·

Angelus dn̅i descendit cū azaria· Req in sabb̄ primo xlmę·

LECT̄ EP̄· BE· PA· AP· AD HEBREOS· FR̄S
TABERNACVLUM FACTVM EST PRIMVM·
in quo erant candelabra & mensa· & ꝓpositio
panum quę dicitur sc̄a· Post uelamentum
autē scd̄m tabernaculum· quod dr̄ sc̄a sc̄orum· aure
um habens turibulum· & arcam testamenti circum
tectam ex omni parte auro· In qua urna erat aurea
habens manna & uirga aaron quę fronduerat· & ta

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BSB Bayerische StaatsBibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bayerische Staatsbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bsb_clm18669/0190